

Phocion vero cum &c. Hic Phocion philosophus
atheniensis: qui eis consilium contra thebanos quater age-
ret dedit, aliis vero quam plurimis e contra consilium danti-
bus, suum consilium athenienses non ceperunt: sed contrarium.
Quid plura eis prospere res successit: nec iste a suo pro-
futo mutari voluit. Immo in concione se de eorum successu
letari dixit. Sed consilium tamen suum aliquanto melius fuisse
se diceret. Non enim damnauit quod recte viderat: quia quod
alius male consulerat bene gesserant quod fuit felicius &
fortunatius: sed hoc phocionis consilium sapientius. Etiam
sane &c. Hic subdit rationem & possunt esse verba au-
toris & phocionis, unde felicius fuit consilium aduersa-
riorum phocionis, quia casus, id est fortuna etiam blandum
animum temeritati iacit, ubi prauo consilio propius aspi-
rat: & ubi vehementius de sua natura deberet nocere spe-
rati prodest. Nonnulli sunt qui omni quaeque consilio sunt pri-
uati: quos bene videmus fortunatos. Et e contra ut dicit
Aristoteles libro de bona fortuna, quod ubi plurimum intel-
lectus ibi modicum de fortuna. Et ubi modicum intellectus
ibi multum de fortuna. Huic & puerbio dicitur, fatuo for-
tunato non est necesse regi consilio placidi. Verba auto-
ris ubi commendat hunc philosophum in principio a pietate
& a misericordia atque liberalitate: cuius mores decora-
ti a populo omni bonitatis cognitione vocabantur constantia
ergo sua: quae natura rigidior videbatur lenis, id est plana et
mansueto pectore fluxit.

Socratis autem virilitatis. Proponit alterius philo-
sophi exemplum. Vbi notandum quod iste Socrates non fuit
ille famosus philosophus: sed quidem alius, ut patebit infra
libro vii. ca. ii. pag. Diffuse &c. Hic enim erat athenis
plebiscita, id est officium habebat: quod habebat tribuiple-
bis in roma. Cuius tempore decem patres viri gloriosi qui-
dam tractatu secreto: consilio patrum irrequisito naues
lacedaemonum apud argimisas: alias arginusas, locum
quendam deleuerunt: de quo athenienses inuidiam habentes
ipsum mori sententiauerunt: quorum demetie Socrates